



Photo 61

Photo 61
1/10/1900
1/10/1900
1/10/1900

Photo 61
1/10/1900
1/10/1900
1/10/1900

~~Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Cajón 31
Tabla
Número 110~~

~~4
H-25~~

laja 2-65



Comienzan los numeros desde .1. asta 25, y luego vuelven
à comenzar desde el numero .1.º y como estan se an de
coger.

Optimum of ...
a ...
copy

Del Sr. Pedro de Montenegro

Del Colegio de la Compañía de *Memoriales,* *Sr. de Granada. B.B.*

Tratados y varios Papeles, y Decretos Pontificios

en favor del Misterio de la purissima Concepcion de Nuestra S.^a

L.

*Nuevas Cartas de Reyes, Reynas, Princesas
assi Ecclesiasticas, como seculares*

*escritas a los Summos Pontifices en diferentes
ocasiones*

*pidiendo la definicion del misterio de la
Concepcion de Nra Señora*

Tomo Primero.



El Indice de estos Papeles esta en la op. siguiente.

*Notiene papel alguno prohibido
por el ex purgatorio de Ind.^a
o decretos q^e tenemos el of.
an salido hasta el año
de 1724.*

*Labado
sea el S.^a Sacram. y la immaculada
Concepcion de la Virgen Maria nra S.^a
concebida sin pecado Original.*

[Faint, mostly illegible handwriting at the top of the page, possibly including a date or header.]

[A block of handwritten text, likely the main body of a letter or document, with several lines of cursive script.]



[A large section of handwritten text at the bottom of the page, including a signature and possibly a closing or footer. The handwriting is very cursive and difficult to decipher.]

2

Índice
de los Papeles de este Tomo.



Mr. [unclear] [unclear]
[unclear] [unclear] [unclear]



DE IMMACULATA
Virginis Conceptione
EXERCITATIO.

(17)

Super id: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4.



Ei intelligentia prædicti thematis duæ sunt opiniones. Vna probabiliter ab Ecclesia tolerata, & asserit Virginẽ Deiparã in peccato originali conceptã, deindeque sanctificatam. Secunda est famosa, & ab Ecclesia Romana priuilegijs celebrata, indulgentijs que decorata & asserit, ab omni peccati labe fuisse præseruatam: vnde colligunt prædictũ thema paraphrasticẽ sic intelligendum

fore: *Tota pulchra es amica mea, & macula peccati originalis non fuit in te.* De qua materia Doctores (his felicissimis temporibus) multa varia eruditione referta in lucem ediderunt. Quam prædictã secundam expositionem sub correctione atque tenui a rancia matris Ecclesiæ (iuuante Deo) probare intendimus; pro cuius cõclusionis probatione duo primò fundamenta supponimus.

Primò suppono testimonia duo sacræ Scripturæ, quæ de Christo ad literam intelligenda sunt, primum Esai. 53. & 1. Petri. 2. *Qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.* Secundum ex Paulõ ad Ephe. 1. *Eum, qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit.* Hoc est hostiam pro peccato.

Secundo supponò discursum sequentem esse legitimum, atque de fide tenendum, nimirum, caro Christi olim circumcisa fuit; ergo olim Christus circumciscus fuit, ergo Deus olim circūciscus fuit; & hoc per phrasim illam, quam Theologi vocant communicationem idiomatum, secundum quam, ea quæ sunt propria cuiusuis naturæ in Christo, dicuntur de altera, & e contra, vt patet ex Concilio Epes. Can. 12. *Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, crucifixum carne, anathemafit.* Quod intelligendum est inconcreto, & non in abstracto, vt late scholastici docent.

Quibus suppositis prædictam secundam expositionem prædicti thematis, eiusque sensum paraphrasticum supra positum probõ ratione vnica, quæ ducit ad incõueniens, ea que quatuor discursibus explicatur atque variatur, vt eum quisque eligat, qui sibi magis ariserit.

Primus discursus sit, quia si Virgo fuit in peccato cõcepta, ergo

A

fuit

*conscriptio de
conuersione
deus in
perpetuum
inuenit
inuenit*



ad corinth. 5.

deus in

11
201
115
fuit peccatrix toto illo tempore, siue breui, siue longo (in hoc enim nil immoramur) quo sanctificata non fuit: ergo post sanctificationē verū fuit dicere, caro Virginis fuit olim peccatrix: ego caro, quam Verbum assumpsit, fuit olim peccatrix: & caro Christi fuit eadem numero quā Verbū assūpsit, ergo caro Christi fuit olim peccatrix, ergo Christus olim peccatum nouit: quod est contra primum suppositum. Similiterque ergo Deus olim peccatū nouit, iuxta secundum suppositum: sed vtrumque consequens est falsum, ergo & antecedens.

Qui discursus similis est formæ cum isto, carō quā Verbū assumpsit, fuit olim circuncisa, & caro Christi eadē numero fuit, quā Verbum assumpsit: ergo caro Christi fuit olim circuncisa, ergo Christus fuit olim circuncisus, ergo Deus olim circuncisus fuit. Qui discursus legitimus est per secundum suppositum, ergo & præcedens nuper positus §. præcedenti legitimus erit, quia ambo sunt similis formæ: sed consequentia præcedentis syllogismi est falsa (vt diximus) ergo & antecedens illorum falsum est, nimirum *Mariam fuisse in peccato conceptam.* + cum ea
+ duo
+ sunt

Secundus discursus, quia impossibile est carnē Virginis nō fuisse aliquādo peccatricē, quia id quod fuit, impossibile est nō fuisse, & impossibile est carnem Christi non fuisse carnem Virginis: ergo impossibile est carnem Christi non fuisse peccatricem, peccatum que nouisse, ergo & per cōsequens impossibile est Christum peccatum non nouisse, ac peccatorem non fuisse: quod est contra primum suppositum. De Deo autem quid dicemus?

Tertius discursus, quia loquēdo de primo instanti incarnationis, verum fuit dicere, caro ista, quam Verbum assumpsit, peccatrix fuit, & caro hominis istius (demonstrato Christo) fuit caro quā Verbū assumpsit: ergo caro hominis istius recentē cōcepti peccatrix fuit, ergo ipse homo peccator fuit, & peccatum nouit.

Quartus discursus, quia impossibile est carnē Virginis, quā Verbum assumpsit, nō fuisse peccatricē (vt diximus) & impossibile est carnē Christi nō fuisse illā, quā Verbū assumpsit: ergo impossibile est carnem Christi non fuisse peccatricem, eademque est caro Dei, ergo impossibile est carnem Dei non fuisse peccatricem.

Ecce discursum eundem quatuor modis variatum, quo sapientes in via ponamus, ad hoc vt & ipsi altiora grauioraque meditentur. Quibus dictis addo breuiter, si Verbū vniuit sibi carnem, quæ olim fuit peccatrix, ergo assumpsit illam, quæ olim fuit filia diaboli, & gehennæ digna, ex quo quot quantaque inconuenientia sequantur, alijs altius pensanda relinquo.

Deinde probō sensum paraphrasticū prædicti thematis, nimirū, *Originalem maculam in Virgine non fuisse*, esse sensum genuinum, ac literalē, subindeque ab omnibus amplectendū, quod probō ex regula intelligendi sacrā Scripturam, quā ponit Diuus August. quæque omnes vtriusque scholæ Theologi (nemine discrepante) in vniuersali Ecclesia maximè tuētur ac venerātur, ea autem est hæc: *Sensus literalis Sacræ Scripturæ est ille proprius, & grammaticalis, quem verba faciunt, nisi ex illo sequatur aliquid inconueniens contra Fidem, aut bonos mores.*

tuētur ac venerātur

mores. Sic diuus August. opinatur lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10. & 19. & lib. de vtilitate credendi capit. 3. 5. & 15. & super Genes. in Imperfecto capite secundo: qua regula supposita, sic propositum intentum probat. Quia illa verba prædicta, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, propositionem indefinitam, absolutamque faciunt, ac subinde æquivalentem vniuersali, quæ necessariò est hæc, *Tota pulchra es amica mea, & nulla macula est in te*; ex qua interpretatione nullum sequitur inconueniens cõtra fidem, aut bonos mores: ergo talis sensus, & interpretatio, pro literalì, genuinaque habenda est: neque obstat Ecclesiam probabilem iudicare oppositam sententiam, hìc enim non intendimus propositionem nostram de fide tenendam, sed communiorem esse, quantamque probabilitatem habeat, ostendere.

moraliter loquendo

Sed contra primam probationem obijciat aliquis, cum tota præcedens ratio vnico tantum fulciatur fundamento, eoque collecto ex identitate materiæ, siue carnis Virginis, & Filij, cumque ex Philosophia habeamus eam identitatẽ materiæ, tẽpore totã mutari, aliamque succedere, sequitur communicationem idiomatum solummodo locum tenere in ijs quæ cõtingerunt totum, illa materia de medio sublata, ~~alia successerit~~, semper manere eundem numero hominem, non physice, sed moraliter, vt patet in humanis. Sed clarius ad rem respondetur semper manere eandem hypothesis, idemque suppositum: quod sufficit ad identitatem requisitã, vt locum habeat communicatio idiomatum.

nec dum

nec alia succedente
alio uero manente numero
* in Christo
* per hoc salis imperij suff.
peccat ad prædictam commu-
nicationem

Secundò contra secundã probationem, quia sicuti ex illo sensu paraphrastico non sequitur aliquod inconueniens, similiter nec sequitur, si locus illè intelligatur de conceptione spiritali, nimirum de sanctificatione, quam conceptionis intelligere ~~non~~ possumus respondetur doctrinam istã reprobata esse a Sixto I V. in Extrauag. 17. Graue nimis, sub his verbis. *Nos igitur motu proprio affectionis prædictorum, & aliorum libet, qui affirmare præsumerent sanctam Romanam Ecclesiam de spiritali dumtaxat conceptione, & sanctificatione eiusdem Virginis festum celebrare autoritate Apostolica præsentium tenore reprobamus, & damnamus* Non igitur liberum est pro cõceptione sanctificationẽ supponere: sicque tota cessat obiectio, ad laudem omnipotentis Dei, eiusque imma culatæ Matris, quibus laus, & gloria, Amen.

nomine

possumus
affectiones

Exercitationis conclusio.

Impossibile est carum Virginem Deiparam in peccato fuisse conceptam.

opposita immunitate filij



PRæcedens conclusio probatur, quia (dato, & nõ concessio) illam fuisse in peccato conceptam, dantur duæ cõtradiçtorie simul veræ; sed hoc est impossibile, ergo & illud ex quo sequitur, impossibile videtur est. quod patet, quia istæ sunt cõtradiçtorie: *Christus peccatũ nouit. Christus peccatũ nõ nouit*, quarũ negatiua est de fide, vt patet locis citatis in primo fundamento. Affirmatiua probatur ex dictis, quia caro Virginis peccatũ nouit, & caro Christi fuit caro Virginis, ergo caro Christi peccatum nouit. Discursus legitimus est, maior ex datis est vera: minor est de fide, ergo & consequens verum est, quia in bona consequentia dari non potest antecedens verum, & consequens falsum: quod si caro Christi peccatum nouit, ergo & Christus peccatũ nouit, per secundũ fundamentum supra positum, ergo propositio ista, *Christus peccatum nouit*, vera est, quod probandum m

bandū assumptimus: dantur igitur duæ contradictoriæ simul veræ, quod est impossibile, si detur Virginem in peccato fuisse conceptam, quod supra intulimus: ex quibus facile gradum facere poteramus ad alias contradictorias simul veras, *Verbum Dei peccatum nouit. Verbum Dei peccatum non nouit*: ad primas peruenisse sit satis.

Sed de illa priori cōsequentiā, qua dicimus, consequens est impossibile, ergo & antecedens, forte dubitabit aliquis an sit bona? Respondetur esse optimam, alioquin si dari posset antecedens possibile, & consequens impossibile, daretur similiter in bona cōsequentiā antecedens verum, & consequens falsum, quod est impossibile. Quod patet: quia possibile est illud, quod potest esse, & potest non esse: demus igitur quod possibile hoc v.g. A actu sit, si A & ens actu, ergo actu est verum, ergo ex illo inferri non potest falsum, quāto minus id, quod est impossibile: sic que constat consequentiā illam priorem optimam esse.

Secundò obijciēs contra rationem, qua probatur in contradictorijs veritas propositionis affirmatiuæ, quia discursus ille, *Caro Virginis peccatum nouit, & caro Christi fuit caro Virginis, ergo caro Christi peccatum nouit*, non est consequentiā formalis, quæ teneat in se, & in simili forma, vt patet ex his quæ sequuntur. *Caro Christi fuit vnita verbo, & caro Mariæ fuit caro Christi, ergo caro Mariæ fuit vnita verbo*. Secundò sic. *Caro Mariæ fuit concepta sine peccato, & caro Annæ fuit caro Mariæ, ergo caro Annæ fuit concepta sine peccato*. Sicque retrocedendo vsque ad Euam, quod est multum rationi dissolūm: respondetur illam propositionem, *Caro Mariæ fuit caro Christi*, hoc est a Christo accepta, falsam, imo impossibilem esse, nullū enim fuit, aut esse potuit tempus, quo caro illa desierit esse caro Christi, ad hoc vt esse posset caro Mariæ, sicut nunquam datur tempus, ~~vt~~ desierit esse senile, ad hoc vt fuerit puerile: & sicuti falsum est dicere, caro pueri fuit caro senis, aut caro patris fuit caro filij, sic falsum est dicere, *caro Mariæ fuit caro Christi*, non enim retrocedere potest caro procedendo à filijs ad parentes, bene tamen procedere potest a parentibus ad filios, sicque caro filiorum fuit caro parentum, & non è contra. Quod manifesta ratione constat, quia caro Christi nunquam fuit in potentia caro Mariæ, ergo numquā fuit actu; cōsequentiā patet, quia nihil ponitur in actu, quin prius fuerit in potentia; non ergo *Caro Mariæ fuit, aut esse potuit caro Christi*. Eodēque modo respōdetur ad secundū, quia caro Annæ transiuit quidem ad Mariam, nō tamen è cōtra, & sic illa propositio, *Caro Annæ fuit caro Mariæ*, falsa (imo vero impossibilis est) sic que nihil probat argumentum.

Sed adhuc instabis dicens, *Caro quæ fuit Christi, fuit vnita diuinitati; & caro quæ fuit Mariæ, fuit caro Christi, ergo caro quæ fuit Mariæ, fuit vnita diuinitati*. Qui discursus similis est illi primo, & tamen non est legitimus, quia in isto datur antecedens verum, & consequens falsum, ergo ille primus non est cōsequentiā ~~formalis~~ formalis, qui teneat in se, & in simili forma. Respondetur cum distinctione cōsequentiæ, nam si ~~intelligatur~~ intelligatur de tota Virginis carne, illud falsum est, vt bene intendit argumentū, at vero si intelligatur respectiue ad Christū, de illa scilicet parte carnis suppeditata pro formando Christi corpore (sicuti insinuat in minori propositione) ita vt faciat istū sensum, ergo *Caro Mariæ (secundum, vel in quantum fuit caro Christi) vnita fuit diuinitati*, tale consequens verum, atque deside conclusio est, sicque constat primus discursus, & Consequentiā est formalis, quod impugnare intendebar argumentum.

correg. ign.


correg. ign.

+ quando aliquid

ALBERT


Cuenta 318 folios útiles foliados
20 Em.º 1905

319 fol. + fol. 251 à 258 rep. + 317 bis + 27 huj. en bl.
faltan los fol. 278 y 279 (rest. compl.º)
15 - Mayo - 1912




Handwritten text in red ink, possibly a date or reference number, located at the top of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the year '1902'.

Faint, illegible handwritten text in blue or grey ink, possibly a signature or address, located in the middle of the page.







CAJA -2
65